

THE SARUM RITE  
Missale Sarisburiense cum nota.

Tome C.  
Fasciculus 6.  
Pagine {149}-{176}.

Festis Maii.

Edited by William Renwick.

Hamilton Ontario.  
The Gregorian Institute of Canada.  
MMXIX.

*The Sarum Rite* is published by The Gregorian Institute of Canada/L'Institut grégorien de Canada, c/o School of the Arts, McMaster University, 1280 Main Street West, Hamilton, Ontario, Canada L8S 4L8. The Gregorian Institute of Canada is affiliated with the School of the Arts, McMaster University.

*The Sarum Rite* is distributed over the internet through .pdf files located at: [www.sarum-chant.ca](http://www.sarum-chant.ca)

This document first published July 1, 2019.

All rights reserved. This publication may be downloaded and stored on personal computers, and may be printed for purposes of research, study, education, and performance. No part of this publication may be uploaded, printed for sale or distribution, or otherwise transmitted or sold, without the prior permission in writing of the Gregorian Institute of Canada.

The Gregorian Institute of Canada/L'Institut grégorien du Canada is a charitable organization registered by the Federal Government of Canada.

[www.gregorian.ca](http://www.gregorian.ca)

© The Gregorian Institute of Canada, 2019.


## ¶ *In die apostolorum Philippi et Jacobi.*

(j. Maii.)

[Ad missam.]<sup>1</sup> Officium.

GS:185; 1508-S:389; 1513-S:20v.<sup>2</sup>

Offic.  
I.



Xclama-vé-runt \* ad te Dó-mi-ne in tém-po-  
re afflic-ti-ó-nis su- e : et tu de ce- lo ex-au-dís-ti  
e- os al-le-lú- ya al-le- lú- ya. Ps. Exultá-te  
justi in Dómi-no : rec-tos de-cet col-laudá-ti- o.  
Gló-ri- a Pa-tri et Fí-li- o. **XX.**

*Oratio.*

**D**eus qui nos ánnua apostolórum  
tuórum Philíppi et Jacóbi so-  
lennitáte letíficas : presta quésumus :

ut quorum gaudémus méritis :  
instruámur exémpis. Per.

¶ *Lectio libri Sapientie. v. [1-5.]*

**S**tabunt justi in magna con-  
stántia advérsus eos qui se


angustiavérunt : et qui abstulérunt  
labóres eórum. Vidéntes autem<sup>3</sup> tur-

babúntur timóre horríbili : et mirabúntur in subitatióne insperáte salutis : dicéntes intra se : peniténtiam agéntes, et pre angústia spíritus geméntes. Hi sunt quos aliquando habúimus<sup>4</sup> in derísium : et in simili-

túdinem impropérii. Nos insensáti, vitam illórum estimabámus insániam : et finem illórum sine honóre. Ecce<sup>5</sup> quómo ergo<sup>6</sup> computáti sunt inter filios Dei ? Et inter sanctos sors illórum est.

GS:185; 1508-S:390; 1513-S:20v.<sup>7</sup>

Alle.  
II.



**A** L-le- lú-ya. \*                      ✠ Sta- bunt

jus- ti in mag- na constán- ci- a :                      ad- vérsus

e- os qui se angus- ti- a- vé- runt.

[*Secundum*]<sup>8</sup> Allelúya. ✠ Nonne cor nostrum ardens erat in nobis : de Jesu dum loquerétur nobis in via. [*Require in ij. feria ebdomade pasche.*]<sup>9</sup> 762.

*Sequentia* Clare sanctórum. *in communi.* [14].

¶ *Secundum Johannem. xiiij.* [1-13.]

**I**N illo témpore. Dixit Jesus discípulis suis, Non turbétur cor vestrum. Créditis in Deum : et in me créдите. In domo Patris mei, mansi-

ónes multe sunt. Si quo minus dixíssem vobis : quia vado paráre vobis locum. Et si abíero et preparávero vobis locum : íterum<sup>10</sup> véniam<sup>11</sup> et

accípíam vos ad meípsum : ut ubi sum ego, et vos sitis. Et quo ego vado scitis : et viam scitis. Dixit ei Thomas, Dómine : néscimus quo vadis. Et quómo do póssumus viam scire ? Dicit ei Jesus, Ego sum via, et<sup>12</sup> veritas, et vita. Nemo venit ad Patrem : nisi per me. Si cognovissétis me : et Patrem meum útique cognovissétis. Et ámodo cognoscétis eum : et vidístis eum. Dicit ei Philíppus, Dómine : osténde nobis Patrem : et súfficit nobis. Dicit ei Jesus, Tanto témpore vobíscum sum : et non cognovístis me ? Philíppe, qui

videt me : videt et Patrem. Quómo do tu dicis : ostende nobis Patrem ? Non credis<sup>13</sup> quia ego in Patre : et Pater in me est ? Verba que ego loquor vobis : a meípso non loquor. Pater autem in me manens : ipse facit<sup>14</sup> ópera. Non créditois quia ego in Patre : et Pater in me est ? Alíóquin propter ópera ipsa créditois. Amen amen dico vobis : qui credit in me, ópera que ego facio et ipse fáciat : et majóra horum fáciat : quia ego ad Patrem vado. Et quodcúmque petíeritis Patrem in nómine meo : hoc fáciat.

Credo. 20.

*Offertorium.* Confitebúntur celi mirabília tua Dómine : et veritátem tuam in ecclésia sanctorum : allelúya allelúya. [53].

*Secreta.*


**D**eus ecclésie tue redémpstor atque perféctor : da ut apostolorum tuorum Philíppi et Jacóbi

précibus paschális sacraménti dona capiámus : quorum nobis magistério ea voluísti predicári. Per Dóminum.

*Prefatio.* Et te Dómine. 1165.


GS:185; 1508-S:390; 1513-S:21r.<sup>15</sup>

Comm.  
IV.



Anto témpo-re \* vo-bís-cm sum, et non cog-

Apostolorum Philippi et Jacobi.



no-vís-tis me : Phi-líppe qui vi-det me, vi-det et  
Pa-trem al-le-lú-ya : non cre-dis qui-a e-go in Pa-  
tre, et Pa-ter in me est : al-le-lú-ya al-le-  
lú-ya.

*Postcommunio.*

**Ps** Aschale mystérium recensentes  
beatórum apostolórum tuórum<sup>16</sup>  
Philíppi et Jacóbi quésumus précibus

foveámur : quorum magistério hoc<sup>17</sup>  
cognóvimus exequéndum. Per Dó-  
minum.

## ☩ *In inventione sancte crucis.*

*iiij. Maii.*


[*Ad missam.*]<sup>18</sup>

GS:90; 1508-S:390; 1513-S:21r.<sup>19</sup>

Offic.  
IV.




Os au- tem \* glo-ri- á- ri opór- tet in cru-ce



Dó-mi-ni nostri Je- su Chris- ti : in quo est sa-lus vi- ta,



et re- surréc-ti- o nos- tra : per quem sal- vá- ti et li- be-




rá- ti su- mus.

[*In tempore paschali.*]<sup>20</sup>



Alle- lú- ya al- le- lú- ya. *Ps.* De- us mi- se- re- á-



tur nostri et be- ne- dí- cat no- bis : il- lúmi- net vultum su- um



su- per nos et mi- se- re- á- tur nostri. [Glória Patri.] **XX.**

In inventione sancte crucis.

Kyrie. Lux et origo. *Et dicitur cum suis versiculi.* 10\*.

*Oratio.*

**D**eus qui in preclara salutifere  
crucis inventione passionis tue  
miracula suscitasti, concede : ut vitalis

ligni precio, eterne vite suffragia  
consequamur. Qui vivis et regnas  
cum Deo.

**¶** *Nulla fit memoria de resurrectione sed de sanctis martyris Alexandro, Eventio, et Theodolo.*

*Oratio.*


**R**esta quæsumus omnipotens  
Deus : ut qui sanctorum martyrum  
tuorum Alexandri, Eventii, et

Theodoli natalicia colimus : a cunctis  
malis imminentibus eorum intercessi-  
onibus liberemur. Per.

*Epistola.* Confido de vobis in Domino *in communi.* [38].

GS:185; 1508-S:391; 1513-S:21r.<sup>21</sup>

Alle.  
VIII.



L-le-lú-ya. \*      ¶ Dulce

lig- num dulces cla-vos      dúlci- a fe- rens pón-

de-ra : que so- la fu- ís-ti dig- na, susti-né- re

re-gem ce-ló- rum et Dó-mi- num.



In inventione sancte crucis.

[*Secundum*]<sup>22</sup> Allelúya. *℟̄.* Dícite in géntibus : quia Dóminus regnávít a ligno.<sup>23</sup>  
[*Require in vj. feria ebdomade pasche.*]<sup>24</sup> 79I.


1508-S:391; 1513-S:21r.<sup>25</sup>

Seq.  
VIII.



Alve crux sancta : \* arbor dig-na. Cu-jus robur  
pre-ci-ó-sum mundi ferret ta-lén-tum. Ut hostis per lignum  
victor : ligno re-vince-ré-tur. Quodque ex ortu mortis  
primis e-rat terrí-ge-nis pa-ra-dí-so propúl-sis. Causa  
é-ti-am vi-ta fo-ret : cunctis Chris-ti morte ve-re vi-vi-fi-  
cá-tis. Horrí-fi-cum tu es semper signum i-nimí-cis crux  
sacra se-vis. Quam mors pa-vet, infernú-que timet : que

ah53082.



Christo su- os re-consíg-nat. Cu- i sit laus in e- vum.

¶ *Secundum Johannem. iij. (1-15.)*

**I**N illo témpore. Erat homo ex Phariséis Nichodémus nómine : princeps Judeórum. Hic venit ad Jesum nocte : et dixit ei, Rabbi : scimus quia a Deo venísti magíster. Nemo enim potest hec signa fácere que tu facis nisi fúerit Deus cum eo. Respóndit Jesus, et dixit ei, Amen amen dico tibi : nisi quis renátus fúerit dénuo, non potest vidére regnum Dei. Dixit ad eum Nichodémus, Quómodo potest homo nasci, cum sit senex ? Nunquid potest in ventrem matris sue iteráto introíre, et renásci ? Respondit Jesus, Amen amen dico tibi, nisi quis renátus fúerit ex aqua et Spírítu Sancto, non potest introíre in regnum Dei. Quod natum est ex carne : caro est. Et quod natum est ex spírítu : spírítus est. Non miréris, quia dixi tibi : opórtet

vos nasci dénuo. Spírítus ubi vult spirat : et vocem ejus audis : sed nescis unde véniat, aut quo vadat. Sic est omnis qui natus est ex spírítu. Respóndit Nichodémus : et dixit ei, Quómodo possunt hec fieri ? Respóndit Jesus : et dixit ei, Tu es magíster in Israel, et hec ignóras ? Amen amen dico tibi : quia quod scimus, lóquimur : et quod vídimus, testámur : et testimónium nostrum non accípitis. Si terréna dixi vobis et non créditis : quómodo si díxero vobis celéstia, crédetis ? Et nemo ascéndit in celum, nisi qui descéndit de celo : Fílius Hóminis qui est in celo. Et sicut Móyses exaltávit serpéntem in desérto : ita exaltári opórtet Fílium Hóminis : ut omnis qui credit in ipso, non péreat : sed hábeat vitam etérnam.

Credo. 20.

In inventione sancte crucis.

GS:185; 1508-S:392; 1513-S:21v.<sup>26</sup>

Offert.

II.



Ró- te-ge \* Dó- mi-ne ple-bem tu- am

per sig- num sanc- te cru- cis : ab om- ni-bus

insí-di- is i-ni-mi- có-rum ómni- um : ut ti- bi

gra- tam exhi-be-á- mus ser- vi-tú-

tem : et acceptá- bi- le ti- bi fi- at sa- cri- fí- ci-

um nos- trum, al- le- lú- ya.

*Secreta.*

**S**acrificium Dómine quod tibi<sup>27</sup>  
immolámus placátus inténde :  
ut ab omni nos éxuat bellórum  
nequítia : et per vexillum sancte

crucis filii tui, ad conteréndas po-  
testátes aéreas, et adversariórum<sup>28</sup>  
insídias : nos in tue protectiónis  
securitáte constitúat. Per eúndem.

**¶** *Alia secreta de martyribus.*

**S**uper has hóstias quésumus  
Dómine benedíctio gloriósa

descéndat : que et sanctificatióem  
nobis<sup>29</sup> cleménter operétur, et de

In inventione sancte crucis.

martyrum tuorum Alexandri, Evéntii, | et Theódoli solennitate nos<sup>30</sup> letíficet.

*Prefacio.* Qui salutem. 1166.

GS:186; 1508-S:392; 1513-S:21v.<sup>31</sup>


Comm.  
VIII.



Er lig-num \* servi fac-ti su- mus : et per sanctam



cru-cem li-be-rá- ti su- mus : fruc-tus ár-bo-ris se-dúx-



it nos : Fí-li- us De- i ré-demit nos al-le- lú- ya.

*In utroque festo fñiatur cum Allelúya.*

*Postcommunio.*

**R**epléti alimónia celésti : et spiri-  
táli póculo recreáti quésumus  
omnípotens Deus : ut ab omni hoste  
maligno deféndas : quos per lignum

sancte crucis Fílii tui arma justície pro  
salúte mundi triumpháre jussísti. Qui  
tecum.

*Alia postcommunio de martyrii.*

**S**umptus Dómine munéribus  
sacris : tríbue quésumus : ut ad  
eádem appeténda, sanctórum mártý-  
rum tuórum Alexandri, Evéntii, et

Theódoli précibus et exémpis  
prómptius incitémur. Per Dóminum  
nostrum.

## ¶ *Sancti Johannis ante portam Latinam.*

(vj. Maii.)

[*Ad missam. Officium.*]<sup>32</sup>



IN médio ecclésie apéruit os ejus : et implévit eum Dóminus spiritu sapiéntie et intelléctus : stola gorie índuit eum. *Ps.* Jocunditátem et exultatiónem thesaurizávit super eum. [*quere post nativitatem Domini in suo festo.*]<sup>33</sup> 126.

*Oratio.*

**D**eus qui cóspicis quia nos undíque mala nostra pertúrbant : presta quésumus : ut beáti Johánnis

apóstoli tui et evangeliste intercésio gloriósa nos prótegat. Per Dóminum.

*Lectio libri Sapientie. Ecclesiastici. xv. [1-6.]*

**Q**ui timet Deum : fáciat bona, et qui cóntinens est justicie apprehéndet illam : et obviábit illi quasi mater honorificata. Cibábit illum pane vite et intelléctus : et aqua sapiéntie salutáris potábit illum. Et firmábitur in illo, et non flectétur : et continébit illum, et non confundétur :

et exaltábit illum apud proximos suos. In médio ecclésie apériet os ejus : et implévit eum Dóminus<sup>34</sup> illum spíritu sapiéntie et intelléctus, et stola glorie índuit eum. Jocunditátem et exultatiónem thesaurizávit super eum. Et nómine etérno hereditábit illum Dóminus Deus noster.

Allelúya. *℟.* Hic est discípulus ille qui testimónium perhíbet de his : et scimus quia verum est testimónium ejus. 128.

*Sequentia.* Laus devóta. *in communi.* [27].

*Secundum Johannem. ultimo. [xxj. 19-24.]*

**I**N illo témpore. Dixit Jesus Petro, Séquere me. Convérsus Petrus vidit illum discípulum quem diligébat Jesus sequéntem : qui et recúbuit in cena supra<sup>35</sup> pectus ejus,

et dixit, Dómine quis est qui tradet te ? Hunc ergo cum vidísset Petrus : dixit Jesu, Dómine : hic autem quid ? Dicit ei Jesus, Sic eum volo manére donec véniam. Quid ad te ? Tu me

Sancti Johannis ante portam Latinam.

séquere. Exiit ergo sermo iste inter fratres : quia discipulus ille non móritur. Et non dixit ei Jesus quia non móritur : sed sic eum volo manére donec véniam, quid ad te.

Hic est discipulus ille, qui testimoniúm pèrhibet de his : et scripsit hec. Et scimus quia verum est testimoniúm ejus.

Credo. 20.

*Offertorium.* Justus ut palma florébit : sicut cedrus que in Líbano est multiplicábitur allelúya. 131. [*In tempore paschali hoc modo.*

1508-S:392.<sup>36</sup>

Alle- lú- ya, al-le- lú- ya, al-le- lú-  
ya. ]<sup>37</sup>

*Secreta.*

**S**ic nos [quésumus]<sup>38</sup> Dómine beáti Johánnis apóstoli tui et evangelíste solénnia, tuis fac celebráre

mystériis : ut que predicávit, et credámus páriter et sequámur. Per Dóminum.

*Prefatio.* Et te Dómine. 1165.

*Communio.* Exiit sermo inter fratres, quia discipulus ille non móritur : et non dixit Jesus non móritur : sed sic eum volo manére donec véniam. 131.

[*In tempore paschali finiatur hoc modo.*

1508-S:393.

Alle- lú- ya. ]<sup>39</sup>

Sancti Johannis ante portam Latinam.

---

*Postcommunio.*

**R**efécti Dómine pane celésti : | apóstolo tuo et evangelísta : ad vitam  
intercedénte beáto Johánne | quésumus nutriámur etérnam. Per.

[*Require hoc omnia in alio festo in ebdomada natalis Domini.*]<sup>40</sup> 126.

¶ [In die]<sup>41</sup> *Sancto Johannis de Beverlaco  
episcopi et confessoris.*

(vij. Maii.)

[Ad missam.]<sup>42</sup> *Officium.*



Tátuit ei Dóminus testaméntum pacis, et princípem fecit eum : ut sit illi sacerdotii dignitas in etérnum. *Ps.* Misericórdias Dómini : in etérnum cantábo. [103].

*Oratio [de communi].*<sup>43</sup>

<p><b>D</b>A quésumus omnípotens Deus : ut beáti Johánnis confessoris tui atque pontíficis veneránda solénnitas :</p>	<p>et devotiónem nobis áugeat et salútem. Per Dóminum.</p>
---	--

*Epistola.* Justum dedúxit. *in communi.* [107].

Allelúya. *V.* Amávit eum Dóminus et ornávit eum : stola glórie índuit eum. [112].

*Sequentia.* Adest nobis dies alma. *in communi.* [115].

*Evangelium.* Ego sum vitis vera. *in communi.* [4].

*Offertorium.* Véritas mea et misericórdia mea cum ipso : et in nómine meo exaltábitur cornu ejus. [121].

*Secreta.*

<p><b>R</b>Espice quésumus Dómine mú- nera pópuli tui, in beáti Johán- nis confessoris tui atque pontíficis</p>	<p>honóre obláta : et tue testificatio veritátis nobis proficiat ad salútem. Per Dóminum.</p>
---	---

*Communio.* Fidélis servus er prudens, quem constitúis Dóminus super famíliam suam : ut det illis in témpore trítici mensúram. [124].



Sancto Johannis de Berverlaco episcopi et confessoris.

---

*Postcommunio.*

**Q**uos tuis Dómine réficis sacraméntis, sancti Johánnis confessoris tui atque pontíficis attólle beníg-

nus suffrágiis : ut nostre redemptionis effectum : et mystériis capiámus et móribus. Per.

## ¶ *Sanctorum Gordiani et Epimachi martyrum.*

(x. Maii.)

[*Ad missam.*]<sup>44</sup> *Officium.*



Ancti tui Dómine benedícent te : glóriam regni tui dicnet allelúya. *Ps.*  
Exaltábo te Deus meus rex : et benedícam nómini tuo in séculum et in  
séculum séculi. [65].

*Oratio.*

**D**A quésumus omnipotens Deus :  
ut qui beatórum mártýrum tu-  
órum Gordiáni et Epy máchi solénna

cólimus : eórum apud te interces-  
siónibus adjuvémur. Per Dóminum.

*Epistola.* Justórum ánime. *in communi.* [67].

Allelúya. *V.* Sancti tui Dómine florébunt sicut lílium : et sicut odor bálsami  
erunt ante te. [76].

*Evangelium.* Ego sum vitis vos pálmites. *in communi.* [4].

*Offertorium.* Mirábilis Deus in sanctis suis Deus Israel : ipse dabit virtútem et  
fortitúdinem plebi sue, benedíctus Deus allelúya. [90].

*Secreta.*

**R**esta quésumus Dómine Deus  
noster : ut sicut in conspéctu  
tuo mors est precíosa sanctórum : ita

eórum mérita venerántium, accépta  
tibi reddátur oblátio. Per.

*Communio.* Justórum ánime in manu Dei sunt : et non tanget illos torméntum  
malície, visi sunt óculis insipiéntius mori : illi autem sunt in pace. [96].

*Postcommunio.*

**R**efice quésumus Dómine pópu-  
lum tuum spiritálibus instrumén-

tis<sup>45</sup> : et quorum tríbuis solénna cele-  
bráre : fac eórum gáudiis interesse. Per.

II *Sanctorum Nerei, et Achillei, atque  
Pancracii martyrum.*

(xij. May.)

[Ad missam.]<sup>46</sup>

GS:212; 1508-S:393; 1513-S:22v.<sup>47</sup>

Offic.  
III.



C-ce ó-cu-li \* Dó-mi-ni su-per ti-mén-tes

e-um : spe-rán-tes in mi-se-ri-cór-di-a e-jus al-le-

lú-ya : ut e-rí-pi-at a mor-te á-nimas e-


ó-rum, quó-ni-am adjú-tor et pro-téctor noster

est : al-le-lú-ya al-le-lú-ya. *Ps.* Exultá-te jus-

ti in Dómi-no : rectos de-cet col-laudá-ti-o. Gló-ri-a

Sanctorum martyrum Nerei, Achillei, et Pancracii.

---



Pa-tri et Fí-li-o. **XX.**

*Oratio.*

**S**emper nos Dómine mártýrum  
tuórum Nérei, et Achílleí atque  
Pancrácii fóveat quésumus beáta

solénnitas : et tuo dignos reddat  
obséquo. Per Dóminum.

*Epistola.* Justi autem in perpétuum. *in communi.* [67].

Allelúya. *V.* Vox exultatiónis et salútis : in tabernáculis justórum. [77].

*Evangelium.* Ego sum vitis vos pálmites. *in communi.* [4].

*Offertorium.* Confitebúntur celi mirabília tua Dómine : et veritátem tuam in  
ecclésia sanctorum : allelúya allelúya. [93].

*Secreta.*

**S**anctorum mártýrum tuorum  
Nérei et Achílleí atque Pancrácii  
tibi Dómine grata conféssio, et

múnera nostra comméndet : et tuam  
nobis indulgéntiam semper implóret.  
Per Dóminum nostrum.

*Communio.* Gaudéte justi in Dómino allelúya : rectos decet collaudátio allelúya.  
[94].

*Postcommunio.*

**Q**uésumus Dómine Deus noster :  
ut beatorum mártýrum tuorum  
Nérei, et Achílleí, atque Pancrácii  
deprecatiúnibus sacraménta sancta

que sumpsimus : ad tue nobis  
proficiant placatiónis augméntum.  
Per Dóminum.

## ¶ *Sancti Dunstani episcopi et confessoris.*

(*xix. Maii.*)

[*Ad missam.*]<sup>48</sup> *Officium.*



Acerdótes tui Dómine índuant justíciam : et sancti tui exúlterent, propter David sérvum tuum : non avértas fáciem Christi tui allelúya. *Ps.* Meménto Dómine David : et omnis mansuetúdinis ejus. [104].

*Cantus de Kýrie Rex spléndens. [et dicitur]<sup>49</sup> sine versibus. 19\*.*

*Oratio.*

**D**eus qui beátum Dunstánum pontíficem tuum ad regna transtulísti celéstia : da nobis per

gloriósa ejus mérita : ad gáudia transíre perénnia. Per Dóminum.

## ¶ *Memoria de sancta Potentiana virgine.*

*Oratio.*

**C**oncéde nobis quésumus omní-potens Deus, sancte Potentiáne

virginis tue : et exultáre méritis : et beneficiórum ejus attólli suffrágiis.

*Epistola. Ecce sacérdos magnus qui in diébnus. in communi. [106].*

*Gradale. Jurávit Dóminus et non penitébit eum : tu es sacérdos in etérnum secúndum órđinem Melchisedech. [V. Dixit Dóminus Dómino meo : sede a dextris meis.]<sup>50</sup> [108].*

Allelúya. *V. Pósuí adjutórium super poténtem : et exaltávi eléctum de plebe mea. [133].*

*Sequentia Alma cohors. in communi. [117].*

*Evangelium. Homo quidam pégre. in communi. [120].*

*In tempore paschali. Ego sum vitis vera. in communi. [4].*

*Offertorium. Inveni David servum meum, et in óleo sancto unxi eum : manus enim mea auxiliábitur ei : et bráchium meum confortábit eum. [122].*

*Secreta.*

**S**uscipe quésumus Dómine mú-  
nera supplicántis famílie tue :  
que tibi in beáti Dunstáni confessoris  
tui atque pontíficis solennitate defé-

rimus : precántes ut ejus patrocínio  
venerádo adjúti : deféndi mereámur  
ab ómnium inimicórum insidiis. Per  
Dóminum.

¶ *Alia secreta de sancta Potentiana.*

**B**locáusta hec Dómine tua bene-  
dictióne sanctífica : ut sancte  
Potentiáne vírginis tue tibi méritis

accépta sint : in cujus sunt vene-  
ratióne oblata. Per.

*Communio.* Dómine quinque talénta tradidísti michi : ecce ália quinque  
superlucrátus sum : euge serve fidélis : quia in pauca fuísti fidélis : supra multa te  
constítuam : intra in gáudium Dómini tui. *In tempore paschali* Allelúya. [123].

*Postcommunio.*

**B**eáti Dunstáni confessoris tui  
atque pontíficis quésumus Dó-  
mine precatióne<sup>51</sup> nos ádjuva : in

cujus veneratióne tua contíngimus  
sacraménta. Per.

¶ *Alia postcommunio de sancta Potentiana.*

**S**umptis Dómine salútis etérne  
mystériis : quésumus ut inter-  
cedénte beáta Potentiána vírgine tua :

ita nos tuis uti fácias sacraméntis : ut  
etérnis mereámur interésse convíviis.  
Per Dóminum nostrum.

## ¶ *Sancti Aldelmi episcopi et confessoris.*

(xxv. Maii.)

[*Ad missam.*]<sup>52</sup> *Officium.*



Tátuit ei Dóminus testaméntum pacis : et príncipem fecit eum, ut sit illi sacerdotii dignitas in etérnum. *Ps.* Misericórdias Dómini : in etérnum cantábo. [103].

*Oratio.*

**D**eus qui hodiérna die sanctum pontíficem tuum Aldélmum ad etérna sublevásti gáudia : ejus quésu-

mus méritis, illuc tua nos perdúcat misericórdia. Per Dóminum.

## ¶ *Memoria de sancto Urbano martyre.*

*Oratio.*

**D**A quésumus omnipotens Deus ut : qui beáti Urbáni mártiris tui atque pontíficis natalícia<sup>53</sup> cólimus

ejus intervéntu nobis tríbue<sup>54</sup> véniam peccatórum, et cum ipso celéstium gáudium permiórum.<sup>55</sup> Per.

*Epistola.* Justum déduxit. *in communi.* [107].

*Gradale.* Dómine prevenísti eum in benedictiónibus dulcédinis : posuísti in cápite ejus corónam de lápide precíoso. *V.* Vitam pétiit et tribuísti ei longitúdinem diérum in séculum séculi. [110].

Allelúya. *V.* Justus germinábit sicut lílium : et florébit in etérnum ante Dóminum. [111].

*Sequentia* Adest nobis. *in communi.* [115].

*Evangelium.* Vigiláte quia. *in communi.* [121].

*In tempore paschali evangelium.* Ego sum vitis vera. *in communi.* [4].

*Offertorium.* Véritas mea et misericórdia mea cum ipso : et in nómine meo exaltábitur cornu ejus. *In tempore paschali* Allelúya. [121].

*Secreta.*

<b>H</b> is <sup>56</sup> tibi precibus Domine nostra quesumus grata reddatur oblatio :		pro cuius festivitate est immolata. Per.
--	--	---

¶ *Alia secreta de sancto Urbano.*

<b>M</b> unera Domine quesumus tibi dicata sanctifica : et interce- dente beato Urbano martyre tuo		atque pontifice : per hec eadem nos placatus intende. Per.
--	--	---

*Communio.* Beatus servus quem cum venerit Dominus, invenerit vigilantem :  
amen dico vobis : super omnia bona sua constituet eum. *In tempore paschali*  
Alleluia alleluia. [124].

*Postcommunio.*

<b>S</b> olennitatem quesumus Domine sancti pontificis Aldelmi cele- brantibus adesto propicius : et nobis		ejus meritis, concede gaudia vite caelestis. Per Dominum nostrum.
--	--	--

¶ *Alia postcommunio.*

<b>S</b> umentes Domine sacramenta caelestia, pietatem tuam humili devotione deposcimus : ut illum que in beato Urbano martyre tuo atque		pontifice flagravit fortem dilectionem : nobis benignus aspices. Per Domi- num nostrum.
---	--	---



¶ *Sancti Augustini [episcopi et]*<sup>57</sup>  
*Anglorum apostoli.*

(xxvj. Maii.)

[Ad missam.]<sup>58</sup> *Officium.*



Acerdotes Dei benedicite Dóminum : sancti et húmiles corde laudáte Deum. *In tempore paschali* Allelúya alleluya. *Ps.* Benedicite ómnia ópera Dómini Dómino : laudáte et superexaltáte eum in sécula. [126].

*Oratio.*

**D**eus qui beátum Augustínium pontíficem doctórem pópulo concessísti Anglórum : tríbue nobis

quésumus : ut cujus mérita predicámus in terris : ejus suffrágia apud te sentiámus in celis. Per Dóminum.

*Epistola.* Dedit Dóminus. *in communi.* [127].

*Gradale.* Ecce sacérdos magnus : qui in diébus suis plácuit Deo. *℟.* Non est invéntus símilis illi : qui conserváret legem excélsi. [107].

Allelúya. *℟.* Amávit eum Dóminus et ornávit eum : stola glórie índuit eum. [128].

*Sequentia* Alma cohors. *in communi.* [117].

¶ *Secundum Lucam.* x. [1-7.]

**I**N illo témpore. Designávit Dóminus et alios septuagínta duos : et misit illos binos ante fáciem suam, in omnem civitátem et locum in quo erat ipse ventúrus. Et dicébat illis, Messis quidem multa : operárii autem pauci. Rogáte ergo dóminum messis : ut mittat operários in messem suam. *Ite.* Ecce ego mitto vos sicut agnos inter lupos. Nolíte ergo<sup>59</sup> portáre sác-

culum, neque peram, neque calciamenta : et néminem per viam salvavéritis. In quamcúmque domum intravéritis : primum dícite, Pax huic dómui. Et si ibi fúerit filius pacis : requiescet super illum pax vestra. Sin autem : ad vos revertétur. In eádem autem domo manéte, edéntes et bibéntes que apud illos sunt. Dignus est enim operárius mercéde sua.

*In tempore paschali evangelium.* Ego sum vitis vera. *in communi.* [4].

Credo. 20.

*Offertorium.* Inveni David servum meum : et in óleo sancto unxi eum, manus enim mea auxiliábitur ei : et bráchium meum confortábit eum. *In tempore paschali* Allelúya. [122].

*Secreta.*

**G**Rata tibi sint Dómine quésu-  
mus obláta múnera : quibus et  
beáti Augustíni confessóris tui atque

pontíficis mérita venerámur : et nos-  
tre páriter recólimus insígnia libertátis  
et vite. Per Dóminum.

*Communio.* Fidélis servus et prudens : quem constitúis Dóminus super famíliam suam : ut det illis in témpore trítici mensúram. *in tempore paschali* Allelúya allelúya. [124].

*Postcommunio.*

**S**Ancta tua quésumus Dómine  
que pro beáti Augustíni con-  
fessóris tui atque pontíficis hodiérna  
solennitáte libávimus nos refóveant :

quibus et júgiter satiémur : et semper  
desiderémus expléri. Per Dóminum  
nostrum.

## ¶ Sancti Germani episcopi et confessoris.

(xxviiij. Maii.)

[Ad missam.]<sup>60</sup> Officium.



Tátuit ei Dóminus testaméntum pacis, et príncipem fecit eum : ut sit illi sacerdotii dignitas in etérnum. *In tempore paschali* Allelúya allelúya. *Ps.* Misericórdias Dómini : in etérnum cantábo. [103].

*Oratio.*

¶ Mnípotens semitérne Deus qui nos beáti Germáni confessoris tui atque pontíficis hodiérna festivitáte letíficas : tuam súpplíces exo-

rámus cleméntiam : ut cujus solénna devótis officiis venerámur : ejus piis suffrágiis, etérne vite remédia consequámur. Per Dóminum.

*Epistola.* Ecce sacerdos magnus qui in diébus. *in communi.* [106].

*Gradale.* Jurávit Dóminus et non penitébit eum : tu es sacerdos in etérnum secúndum órđinem Melchisedech. *V.* Dixit Dóminus Dómino meo : sede a dextris meis. [108].

Allelúya. *V.* Dispósui testaméntum eléctis meis : jurávi David servo meo. [113].

*Evangelium.* Homo quidam péregre. *in communi.* [120].

*In tempore paschali* Ego sum vitis vera. *in communi.* [4].

*Offertorium.* Véritas mea et misericórdia mea cum ipso : et in nómine meo exaltábitur cornu ejus. *In tempore paschali* Allelúya. [121].

*Secreta.*

¶ Ropiciáre Dómine quésumus supplicatió nibus nostris : et intercedénte pro nobis beáto Germáno confessoré tuo atque pontífice : his sacraméntis celéstibus serviéntes : ab

omni culpa líberos esse concéde : ut purificánte nos grátia tua : íisdem quibus famulámur mystériis, emundémur. Per.

*Communio.* Beátus servus, quem cum vénerit Dóminus invénerit vigilántem :

Sancti Germani episcopi et confessoris.

---

amen dico vobis, super ómnia bona sua constituet eum. *In tempore paschali* Allelúya  
allelúya. [124].

*Postcommunio.*

**R**esta quésumus Dómine Deus  
noster : ut divinis mystériis ex-  
piáti : intercedénte beáto Germáno  
confessóre tuo atque pontífice : ad

supérni plenitúdinem sacraménti,  
cujus libávimus sancta tendámus. Per  
Dóminum.

## ¶ Sancte Petronille virginis.

(xxxj. Maii.)<sup>61</sup>

[Ad missam.]<sup>62</sup> Officium.



Ilexisti justiciam et odisti iniquitatem : propterea unxit te Deus Deus tuus oleo leticie : pre consortibus tuis. *In tempore paschali* Alleluya alleluya. *Ps.* Eructavit cor meum verbum bonum : dico ego opera mea regi. [165].

*Oratio.*

**D**eus qui beate Petronille virginis tue animam in celestibus collocasti : fac nos ejus interventu a pec-

catorum nostrorum nexibus solvi : et ab omni<sup>63</sup> semper adversitate defendi. Per.

*Epistola.* Qui gloriatur. *in communi.* [166].

*Gradale.* Dilexisti justiciam et odisti iniquitatem. *℟.* Propterea unxit te Deus Deus tuus oleo leticie. [166].

Alleluya. *℟.* Specie tua et pulchritudine tua : intende prospere procede et regna. [152].

*Evangelium.* Simile est regnum celorum decem. *in communi.* [171].

*Offertorium.* Offerentur regi virgines post eam : proxime ejus offerentur tibi. [*minor*]<sup>64</sup> *In tempore paschali* Alleluya. [171].

*Secreta.*

**S**acrificium quod tue offerimus majestati, clementissime Deus placatus suscipe : et per merita beate

et gloriose virginis tue : presentis vite subsidium : et future felicitatem concede. Per.

*Communio.* Diffusa est gratia in labiis tuis : propterea benedixit te Deus in eternum. *In tempore paschali* Alleluya alleluya. [172].

Sancte Petronille virginis.

---

*Postcommunio.*

**P**ercéptis Dómine salutáribus ali-  
méntis : quésumus, ut interce-  
dente beáta Petronílla vírgine tua :

per hec proficere ad gáudia mereámur  
eténa. Per Dóminum.

## Notes.

---

### Notes, pages {149}-{176}.

- <sup>1</sup> 1508-S:389.
- <sup>2</sup> In GS:185. the fourth syllable of 'afflicciónis' is set FAGF. In 1508-S:388. 'cos' is set FDEDC.C; the last syllable of the first 'allelúya' appears 4 notes later. GS:185 gives the incipit of the Psalm-verse together with the Psalm-tone ending and 'Amen'.
- <sup>3</sup> *Vulgate* omits.
- <sup>4</sup> 'habúimus aliquándo', *Vulgate*.
- <sup>5</sup> 'non habent 4L. 15. 57.', Dickinson:740.
- <sup>6</sup> 'ita 26. &c. non habent 92. 97. 98. 55P. Vulg.', Dickinson:740.
- <sup>7</sup> 1508-S:390. has no flats. GS:185. has no note at the second syllable of 'advérsus'. GS:185. omits the last 16 notes.
- <sup>8</sup> 1508-S:390.
- <sup>9</sup> 1508-S:390.
- <sup>10</sup> 'non habent 97. 98.', Dickinson:741.
- <sup>11</sup> 'vénio', *Vulgate*.
- <sup>12</sup> 'non habent 97. 15. 26.', Dickinson:741.
- <sup>13</sup> 'créditis', *Vulgate*.
- <sup>14</sup> 'fecit', *Vulgate*.
- <sup>15</sup> 1508-S:390. has no flats. The flat at 'me' appears in Rylands-24:340. In GS:185. 'non credis' and its music is added in the margin in what appears to be a slightly different hand. The flat at 'allelúya' appears in Rylands-24:340.
- <sup>16</sup> 'non habent 92.4L. 15. 57.', Dickinson:742.
- <sup>17</sup> 'non habent 92. 94. 97. 98.', Dickinson:742.
- <sup>18</sup> Dickinson:742.
- <sup>19</sup> GS:185. has only the incipit of Antiphon and the Psalm. GS:90. and 1508:91r. omit the flat at 'Dómini'. The flat appears in Rylands-24:169. and 340. GS:90. gives the beginning of the Psalm-Verse, followed by the Psalm-Tone ending accompanied by the word 'Amen.' 1508-S:390. has a B-flat signature throughout the Psalm-verse, but no flats in the Antiphon.
- <sup>20</sup> 1508-S:391.
- <sup>21</sup> In 1508-S:391. the third syllable of 'sustinére' appears 3 notes later; the final melisma ends FGAGGF. GS:185. omits the last 12 notes. Here the edition follows Rylands-24:341.
- <sup>22</sup> 1508-S:391.
- <sup>23</sup> 'PS. xcv. 10, ut in Missalibus Romanis. "A ligno" non legitur in Vulgata SS. Scripturarum interpretatione nec in illa Septuaginta Seniorum. In MS Sangermanensi habetur ; vide Sabatier 2. 191.', Dickinson:743.
- <sup>24</sup> 1508-S:391.
- <sup>25</sup> In d<sup>2</sup> 1508. 1527. and 1532. have 'reconsígnas'. In e. 1508-S:391. has 'laus evum', set G AAA G. Here the edition follows Rylands-24:491.

## Notes.

---

<sup>26</sup> In GS:185. the last syllable of 'Dómine' is set EFECDCDEFD; 'signum' is set EFGGFGGGFDEFEE.E. In 1508-S:392. 'in' is set Gf; the last syllable of 'insídiis' appears 2 notes earlier; 'ómnium' is set Dc.CD.D. For 'ut tibi' GS:185. has 'et tibi'. 1513-S:21v. has 'fiat tibi'. Other missals have 'tibi fiat', as do the graduals.

<sup>27</sup> 'non habent 92. 94. 97. 98.', Dickinson:744.

<sup>28</sup> For 'potestátis aéreas, et adversariórum', 'adversariórum.--94. 97. 98. potestátis advérse.--92.', Dickinson:744.

<sup>29</sup> 'non habent 92. 4L. 15. 57.', Dickinson:744.

<sup>30</sup> 'non habent 92. 94. 97. 98. 15.', Dickinson:745.

<sup>31</sup> In 1508-S:392. 'sedúxit' is set AG.ABCB.AAABA. The flat at 'rédemit' appears in Rylands-24:341. In 1508-S:392. the third syllable of 'allelúya' appears 2 notes earlier.

<sup>32</sup> 1508-S:392.

<sup>33</sup> 1508-S:392. 1508-S:392. adds '*In tempore paschali finiatur hoc modo.*'

<sup>34</sup> For 'implévit eum Dóminus', 'adimplébit illum', *Vulgate*.

<sup>35</sup> 'super', *Vulgate*.

<sup>36</sup> The alleluya here is different than that given at the Feast of St. John.

<sup>37</sup> 1508-S:392.

<sup>38</sup> 1500-Pynson:159v. Dickinson:746., with the note 'non habent 13. 26. Dómine quésumus.--97.'

Also missing in 1527. 'Dómine quésumus', Legg, *The Sarum Missal*:266.

<sup>39</sup> 1508-S:393.

<sup>40</sup> 1508-S:393.

<sup>41</sup> 1508-S:393.

<sup>42</sup> Dickinson:747.

<sup>43</sup> 1508-S:393.

<sup>44</sup> Dickinson:748.

<sup>45</sup> Dickinson:748. has 'Réfice, quésumus, Dómine, pópulum tuum spirituálibus aliméntis', with the note 'Pérfice . . . instruméntis.--26.'

<sup>46</sup> 1508-S:393.

<sup>47</sup> In GS:212. this Officium appears in the Common of Many Martyrs. The flat at 'allelúya' appears in Rylands-24:342. In 1508-S:393. 'erípiat at morte ánimas' is set thus:

The image shows a musical staff with a treble clef and a key signature of one flat (B-flat). The melody is written in square notes on a four-line staff. Below the staff, the Latin text 'e-rí- pi- at a mor- te á- nimas' is written, with hyphens indicating syllable boundaries. The notes are: e (quarter), rí (quarter), pi (quarter), at (quarter), a (quarter), mor (quarter), te (quarter), á (quarter), nimas (quarter).

The text underlay in GS:212. is unclear at this point; here the edition follows Rylands-24:342. GS:212. gives only the beginning of the Psalm-verse together with the Psalm-tone ending and 'Amen'.

<sup>48</sup> 1508-S:393.

<sup>49</sup> 1508-S:393.

<sup>50</sup> 1526-S:22r. Omitted in 1513. 'non habent 13. 15.', Dickinson:750. Also omitted in 1527.



## Notes.

---

- <sup>51</sup> 'deprecatióne.--92. 94. 97. 98. 57.', Dickinson:751.  
<sup>52</sup> Dickinson:751.  
<sup>53</sup> 'solémnia.--94. 97. 98', Dickinson:752.  
<sup>54</sup> For 'nobis tríbue', 'ita 26. &c. consequámur.--55P.', Dickinson:762.  
<sup>55</sup> For ' intervéntu . . . premiórum', 'apud te intercessiónibus adjuvémur.--94. 97. 98.', Dickinson:752.  
<sup>56</sup> 'ita 26. &c. hujus.--94. 55P.', Dickinson:752.  
<sup>57</sup> 1508-S:393.  
<sup>58</sup> Dickinson:753.  
<sup>59</sup> *Vulgate* omits.  
<sup>60</sup> Dickinson:755.  
<sup>61</sup> 1513-S:24r. shows '*xxiiij. May.*'  
<sup>62</sup> Dickinson:756.  
<sup>63</sup> 'et ab omni' 'non habet 98.', Dickinson:755.  
<sup>64</sup> 1508-S:393.